



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniæ, 1611

Quomodo vidua debeat vitare & fuge re omnem peccandi occasionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

118 SPECULUM

¶. Cor. 6. ma iniuria afficeret corpus C H R I S T I
 inquiens ; Nescitus quod corpora vestra membra sunt C H R I S T I !
 tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis ? absit . Ali quando etiam
 dicebat : quod violabat templum Dei :
Indein enim paulo infectius dicit : An
 nescitis , quoniam membra vestra templum
 sunt Spiritus Sancti , qui in vobis est , quem
i. Cor. 2. habetis a Deo , & non estis vestri ? Nonnu-
 quam dicit , quod hoc peccatum facit
Gal. 5. hominem brutis similem , inquit enim
 animalis , aut homo non percipere ,
 quae sunt spiritus Dei , &c. Alibi dicit
1. Thes. 4. de operibus carnis ; Luxuria . immundi-
 tia , &c. quoniam qui talia agunt regnum
Ephes. 5. Dei non consequentur . Iterum alibi : Non
 enim vocavit nos Deus in immunditiam ,
 sed in sanctificationem . Iterum dicit alibi :
2. Tim. 3. Fornicatio autem & omnis immundi-
 tia , auaritia , nec nominatur in vobis , sicut
 docet Sanctos : Item : Dei voluntarem
 esse , ut simus casti & sancti , &c. Quan-
 toperè autem reprehendat viduas lasci-
 uas , easque Timoth. suo deuotandas
 præcipiat hoc ibidem latius videtur est .

Quoniam lo vidua debet vitare & fugi-
 re omnem peccandi occasio-

M 1680

51

Si vidua cupit perseverare in fœlici
spiritualis viræ curru, & cum fructu gu-
nare sanctiss. Sacramenta, omnibus
modis necessariū est illi evitare & tol-
lere omnem occasionem offendendi
Deum, nec sibi nimium fidere, immo
nec alteri se confidere, sed magis ab a-
lio sibi timere, quāni à semetipsa; dicie
enīm Scriptura: Qui amat periculū peri-
bit illo: Et Saluator in Euangelio. Si o-
culus tuus te scandalizat eisq; eum. S; Da-
vid homo secundum cor Dei, si Salo-
mon, tam sapiens, per occasionses lapsi
funt, quid nos de nobis sperare, quid
promittere possumus? Et si S. Hierony-
mus, S. Benedictus, S. Bernardus, S.
Franciscus, & alij plures, viventes in lo-
cis desertis, ut omnes fugerent occasionses,
tam grauiter fuerunt tentati, quid
nobis sperandum est, si non tollamus
occasionses. Et si S. Paul, vas electionis,
apius usque in tertium cœlum, & ple-
nus spiritu sancto, adeò castigabat car-
nem suam, adeò timebat, tollendo oc-
casiones, ieiunijs, vigilijs, orando, labo-
rando continuò pro Christo, quid no-
bis faciendum est? Ulterius, si nos, nul-
las habentes occasionses, lapsi sumus,
quid non faciemus, si nobis occurrant
offendantur; si etiam in ipsa orati-
ne

Marc. 9.

220 SPECVLVM
ne, tentamus ac distractimur; quid non
orando, & offerentibus sese occasio-
bus, fieri? insimuli sumus omnes post
peccatum; & idecirco tollendae sunt &
vitandae omnes occasionses nocivæ.
Amplius adhuc, natura nostra rā pro-
na & inclinata est ad malum; ad bonum
verò ita parum disposita, immo diffici-
lis & repugnans; vt, ad illud sit ad in-
star costæ maximè siccæ; ad hoc autem
lignum viride humoribus plenum, &
sic in vno sufficit scintilla ad accen-
dendum ignem vno momento; in alte-
ro verò non sufficit ignis etiam valde
ardens. Quoties offerens se imaginati-
onis nostræ cogitatio aliqua extraua-
gat, solum modicū per modum transcu-
rit, nonne statim, non solum appelli-
tus, sed etiam ipsum accendiatur & in-
flammatur? Numquid ergo vide-
tur necessarium vitare ac
tolletere occasio-
nem?